MONUMENTA
GERMANIAE.

Codex Oldenburg. archivi. II, 6, a.
(Registrum episcopi Lubicensis)

et ut baptizatum liniat preſbiter criſmate leuatum de aqua, propter mortis incertum. Ut nullus laicus clerico crimen audeat inferre. Ut diaconi dalmaticis in eccleſia utentes. pallio lineo lævas contegant. Ut nullus clericus propter cauſam quamlibet introiret in curiam. neque ante iudicem cinctum cauſam diceret niſi in eccleſia. Ut ſacrificium altaris non in ſerico neque in panno tincto ſed in lino terreno celebretur. ſicut corpus domini eſt in ſindone munda ſepultum

__Marcus__. __XXXV__. natione romanus ex patre priſco. ſedit annos II. menſes VIII. dies XX. Fuit tempore conſtantini et ſepultus eſt in cimiterio balbi in uia ardeatina. in baſilica quam ipſe conſtruxerat. Hic conſtituit ut epiſcopus oſtienſis conſecratus pallio uteretur. et epiſcopi urbis palatio adhæreret. et ab eodem epiſcopus urbis romanæ ordinaretur.

__Iulius__. __XXXVI__. natione romanus ex patre ruſtico. ſedit annos XI. menſes II. dies VI. Fuit tempore conſtantini. et ſepultus eſt via aurelia in cimiterio Galepodii, quarto ab urbe miliario. Hic conſtituit ut nullus clericus cauſam quamlibet in publico ageret niſi in eccleſia. noticiamque coram omnibus pro fide per notarios colligeret. et ut omnia monimenta in eccleſia per primicerium notariorum conſilio celebrarentur. ſive ut cancionem vel exſtrumenta donationes vel communicationes. vel traditiones. aut teſtamenta. vel allegationes aut manumiſſiones clerici in eccleſia poſt ſcrutinium ſanctum celebrarentur.

*

et
__Conſtanti__
__Fratre__
et
__Fratri-__
__bus__.
__Conſtantius__
__Conſtans__
__Iuli-__

habetur. Hoc ſolum memoriæ commendatur, quod martirio vitam finierit. Inventum eſt autem quoddam corpus ad Sanctum Martinum, ubi ſygillum cereum repertum eſt habens inſcriptum: __Ciriacus epiſcopus__. de quo dicebatur, quod beatus Dyoniſius foret; ſed nichil certum de hoc poteſt haberi. Inde eſt, quod in Kalendariis quibusdam inventio et translatio eius repperitur. opinione magis quam ratione veritatis.

a) opione cod.

~~Epiſcopi Auguſtenſes~~ [b]
~~Perwelf~~ *
~~Taggpertus~~ [c]

b) Haec alia manu post addita sunt.

[Romana reſpublica ſemper augetur et creſcit R. R. P. S. A. E. C.

Epiſtola miſſa a conſtantino et conſtante et conſtantini

Johannes.
110.^us^ Martinus.
Adrianus.
Stephanus.
Formosus.
Bonifacius.
Stephanus. Iste a Formoso papa quandoque in episcopum ordinatus et postmodum papa effectus, ipsum defunctum in tantum persequitur, quod in concilio corpus Formosi positum induit veste laicali et duos digitos dextre precidit et manus in Tyberim proiecit.